



**De Ivsta Reipvb. Christianæ In Reges Impios Et  
Haereticos Avthoritate: Iustissimaque Catholicorum ad  
Henricum Nauarræum & quemcunque hæreticum à regno  
Galliæ repellendum confœderatione ; Liber**

**Rainolds, William**

**Antverpiae, 1592**

Fortissimo Nobilissimoqve Principi, Carolo Duci Mayennensi, Generali  
Coronæ & Status Gallicani, sacræque Catholicorum contra hæreticos  
Vnionis atque fœderis prefecto & propugnatori.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63183](#)



## FORTISSIMO NOBI-

LISSIMO QVE PRINCIPI,

Carolo Duci Mayennensi, Generali Coronæ &

Status Gallicani, sacræque Catholicorum con-

tra hæreticos Unionis atque fœderis p̄fecto &

propugnatori.

**N**IRABITVR fortasse ali-  
quis (Magnanime Princeps  
& inuictè Dux Carole) aut re-  
prehendet etiam institutum  
hoc nostrum, quod isto turbu-  
lentiissimo tempore, quando  
tympanorum sonitu & turbarum clangoribus  
omnia ubique perstrepunt, quando nihil nisi  
urbium oppugnationes et expugnationes, eque-  
stres & pedestres conflictus, cedes, victoriae, om-  
nibus in circulis & sermonibus iactantur, cum  
ubique volitant militares turme ad bellum se-  
accingentes, & bellicum ex omni parte canen-  
tes: quod in his medijs flagrantis belli tumultib.  
tibi summo harum copiarum ductori et negotio-  
rum moderatori, hos nostros qualescumque la-  
bores offeramus. Quid enim (inquiet) Marti  
cum Musis? quid togæ cum sagò? quid scholæ, ca-  
lamoque & libro; cum castris, cum gladiis, cum  
armis?

Cic. orat.  
pro Mu-  
tata.

armis & tormentis bellicis? Et si aliquid de stu-  
dis humanioribus gustauit, occinet forsan illud  
Ennianū ex Marco Tullio: Præliis pro mul-  
gatis,

Pellitur è medio sapientia, vi geritur res:  
Spernitur orator bonus, horridus miles  
amat:

Vestrum vero studium literarum totum  
iacet. Hæc & his similia ut populariter à non-  
nullis dici puto, & in quibusdam bellis hominū  
ferorum & sylvestrium, Canibalum, Tarta-  
rorum, & Lapitharum, locum habere non nego;  
ita de bellis hominum prudentium & ciuilium,  
quales erant Romani & Græci, longe aliter  
sentio: de Christianorum vero præliis, his po-  
tissimum quæ pro repub. pro fide & Ecclesia,  
pro Christo Christique honore, contra eius ad-  
uersarios geruntur, qualia sunt tua hæc (Prin-  
teps) Gallicana, ubi in primis spectatur iusti-  
tia causæ, belli æquitas, conscientia integritas,  
ex qua pendet militum in bello morientium  
sempiterna corporis atque animæ felicitas, pla-  
ne impias esse omnes huiusmodi voces non du-  
bito. Neque vero alias tam viribus quam inge-  
nio, tam robore corporum quam sagacitate ani-  
morum, quam prudentia, & consilijs, & strata-  
gematis, maxima bella confici solita, abundan-  
tissime demonstrat tota Romanoram & Græ-  
corum historia. Apud quos quicunque fuerunt

Impera-

Literarii  
& armorū  
conuenie-  
tia.

Imperatores optimi & in bellis clarissimi, ij  
semper fuerunt sapientiae laude insignes, et vel  
ipsi in literarum studijs egregie versati vel ho-  
minum doctorum consuetudine admodum de-  
lectati. Cuius rei testes sunt Gracorum illi The-  
mistocles, Epaminonda, Pericles, Phociones, A-  
lexandri Magni, Thucidides, Xenophontes: Ro-  
manorum Scipiones, Fabij Maximi, Pauli AE-  
mili, Luculli, Traiani, Cor. Taciti, Iulij Cæsares:  
quorum alij viris doctissimis ita familiariter  
usi sunt, ut eos omnium suorum præliorum &  
expeditionū habuerint comites, eorumq. potissi-  
mum consilio res difficillimas susceperint & co-  
fecerint; alij per se summa eruditio[n]is laude præ-  
stantes, rerum à se gestarum memoriam doctissi-  
mē mandarunt literis, et fideliter tradiderunt  
posterioris. Neque vero religiosissimus vir omnis  
que scientiae & humanae et diuinæ peritissimus, Hiero. ix  
epist. 51.  
ad Donio  
illud bellicosi ducis ad se suumque in scribendo  
stylum applicasset,

Et nos tela pater, ferrumque haud debile  
dextra.

Virg. A.  
(sanguis, neid.l.12.)

Spargimus, & nostro sequitur de vulnere  
Net prudens Antiquitas tota, non solum Mart-  
em, sed Mineruam quoque fixissent bellige-  
ram, & armigeram & Diuam armipoten-  
tem, nunquam ut Martem, sic Palladem quo-  
que belli Deam presidenque fecissent, & huic  
non minus quam illi suam assignassent.

Virg. A.  
neid.l.11.

a iii Galeam

Ibi. lib. 3. Galeamque hastamque minacem.  
AEgidaque horrificam turbatæ Palladis  
arma.

*Nisi in ingenio, in sapientia in studiis literarū,  
magnam sensissent inesse vim ad lacerendos, ad  
debilitandos, ad frangendos aduersarios, ad va-  
rios animorum motus, audaciam & formidi-  
nem, fiduciam & desperationem ingenerandos,  
ad spiritus hominum accendendos & restin-  
guendos: nisi doctrinam plurimum valere exi-  
stimassem ad gerenda prælia, ad incitandos mi-  
lites, ad instruendos duces, ad profigandos ho-  
stes, ad victorias consequendas, ad totam belli  
rationem ordine disciplinaque administrandā.*

*Quod si fideles Hebreos Christianosque in-  
tueamur, eorumque res pub. & actiones perpen-  
damus, tum vero perspicuum erit, ita non modo  
non repelli à bellis sapientiam, doctrinam, pie-  
tatem; quasi omnia in armis, in lacertis, in vi &  
robore militari sint posita: ut hic potius prime  
sint partes iustitiae, moderationis, religionis; po-  
steriori loco sequantur & inseruant reliqua u-  
niuersa. Si enim vere & sincere credimus quod  
Deus per Moysēm Hebreos edocuit, in istius-  
modi libellis omnibus, supremum exercitus im-  
perium penes Deum esse, qui est Dominus Sa-  
baoth, & summus exercituum populi sui du-  
ctor; hominem autem sive Ducem, sive Re-  
gem, sive Imperatorem, non esse nisi illius vi-  
carium,*

Hebreorū  
in bellis  
religio.

Isa. 1.9.

Ierem. 11.  
20.

carium , & quasi proimperatorem, aut pro-  
regem , nimirum qui Dei vicaria & delegata  
potestate militibus illis praest , eiusque nomine <sup>Joseph.</sup>  
<sup>Antiq. li.</sup>  
<sup>4.ca.8.</sup>  
præcipit: si aduertimus eundem Deum tanquam  
verum exercitus Duxem cuius proprium est mi-  
litæ ad pugnam acuere & animare , illud offi-  
cium sibi assumere , propterea que iubere ut ap-  
propinquante prælio , sacerdos stans ante aciem  
ita alloquatur populum : Audi Israël , audite  
Christiani milites , vos hodie contra inimi- <sup>Deut.ca.</sup>  
cos vestros pugnam committitis . Non  
pertimescat cor vestrum : nolite metue-  
re , nolite cedere , nec formidetis eos quia  
Dominus Deus vester in medio vestri est ,  
& pro vobis contra aduersarios vestros di-  
micabit ut eruat vos de periculo : hoc modo  
si bella nostra præpotentis Dei numine , au-  
spiciis , ductu & imperio gubernari sentiamus:  
tum vero nunquam dubitabimus prudentiam ,  
pietatem , religionem , conscientiam , causæ bo-  
nitatem , reliquis esse omnibus anteponendam ,  
quando supremus hic exercitus Imperator , mi-  
litæ omnes siue hæreticos & schismaticos , siue  
etiam impios & sacrilegos , à suis vexillis ita  
repellit , ut eorum adiunctione totius reliqui ex-  
ercitus vel fortissimi virtutem corrupti , vi-  
resque debilitari , nec posse eum præclararam  
aliquam victoriam de hostibus comparare ,  
quamdiu talium improborum confortio , tan- <sup>Iosue.7.</sup>

a iiiij quam

quam peste & lue pollutus & contaminatus  
¶ Paralip. est; apertissime in multis historiæ sacræ lo-  
25. 7. &c 20 cis contestatur. Quique ita sua bella omnia  
36. gesit & gerenda præcepit, ut illa, religioni  
temperari, & sacerdotali benedictione sancti-  
ficari populus aduenteret; ubi Iosue fortissi-  
mus Dux iubetur egredi & ingredi, hoc est  
Nū. 27. 21 res granissimas belli & pacis aggredi ad ver-  
bum sacerdotis Eleazari: ubi precibus sa-  
cerdotum victoria magis quam fortitudini mi-  
litum attribuuntur, adeo ut etiam Iosue  
Exod. 17. cum suis acerrime præliatur contra Amale-  
citas, non tamen vincunt Hebrei nisi cum  
Moyses & Aaron sacerdotes ad D E V M  
leuant manus, pro exercitus victoria depre-  
cantes, qui si paululum remittunt, superantur  
2. Reg. 14. Hebrei & superant Amalecitas: ubi Iosue,  
18. & 30. David, aliquique quamvis clarissimi Imperatores,  
3. non tamen nisi consulo diuino oraculo bella  
fusciunt, nec gerunt, nec obstantes hostes in-  
uadunt, nec fugientes persequuntur, nec circum-  
uentos interficiunt, nec victoriam ullam adi-  
4. Reg. 6. pescuntur, vi ita nimirum edocerentur ex misera-  
cordia, & ordinatione, & prouidentia Dei, bellarum nutus & momenta omnia, omnes ex-  
peditiones, certamina, prosperosque vel ad-  
uersos successus pendere: quis neget in his prælijs  
Dei religionem, & conscientiae integritatem,  
etiquis omnibus præponderare?

Quem

Quem pium & religiosum belligerandi mo- Christia-  
rem ita ab istis hauserunt veteres Christiani Im- norum in  
perij monarchæ, & in primis Christianissimi Gal- bellis re-  
liarum reges; ut nusquam maior eorum quam ligio.  
in bellis inchoandis appareat integritas, nusquam  
maior quam in iisdem persequendis eluceat pie-  
tas, ideoque & nusquam maior quam in iisdem  
conficiendis cernatur felicitas. Ita Constantino  
Eusebius  
de vita  
Constan-  
tini, lib. 2.  
cap. 12.  
Magno in more fuisse positum notant Ecclesia-  
stici scriptores, ut quotiescumque bello cum ho-  
ste decentratus esset, crucis tabernaculum  
publicè erigeret, in quo non solum ipse Deum  
orabat, sed etiam alios virtutis & pietatis studio  
insignes viros, Episcopos & sacerdotes sibi ad-  
iungebat, qui in idem cum eo orandi studium  
incumberent. Hacque potissimum pietatis dele-  
tis ubique tyrannis, uniuersum Romanum Im-  
perium sibi subiugauisse, ipse verè Christiané-  
que profitetur. Tuo (inquit) impulso (san-  
cte Deus) res salutares & aggressus sum &  
confeci: tuoque vexillo ubique hostibus  
opposito exercitum ab illis triumphantem  
duxi. Quinetiam si quando reipub. vsus po-  
stulat, illa ipsa tuæ virtutis & potentiaz  
in signia sequens, contra hostes audacter  
procedo. Eadem bellandi pietate & religione Veterum  
fundarunt hoc Imperium Gallicanum primi Chri- Francorū  
stianireges, Clodouenus, eiusque successores. Ea- in bellis  
dem religio.

a 5

dem

dem prorsus religione collapsum, & à Saracenis,  
Arianis, Afris, Mauris, varijsque domi &  
Post pa. 581. 582. foris hostibus laceratum, partim instaurarunt,  
partim mirifice amplificarunt excellentes illi  
Principes, Lotharingicæ domus satores, Caro-  
lus Martellus, Pipinus, & Carolus Magnus,  
Ibi. 588. 589. qui à de generantibus Merovingijs, cum totius  
orbis Christiani applausu & congratulatione,  
maiestatem non modo Regiam, sed Imperatori-  
am quoque, insuam familiam traduxerunt: qui  
nunquam sine episcoporum & sacerdotum co-  
mitatu, eorumque spirituali panoplia suas ferra-  
tas acies & corporalem armaturam stipante Deo-  
que commendante, bellum aliquod, praesertim  
arduum & pericolosum aggressi sunt. Cuius po-  
sterioris, Caroli Magni eum fuisse morem hi-  
storici prodiderunt, ubi prælium aliquod anceps  
& difficile esset commissurus, ut tum ille statim  
coram exercitu, sacra facienda excitatis al-  
Post pag. 599. taribus curarit & milites ducesque confes-  
sione & communione sancta se ad bellum  
præpararint. Qui quum hoc modo animoque  
dimicarent, victorias planè stupendas & admirabiles  
de hostibus suis retulerunt. Adeò ut di-  
uinæ illæ promissiones, Persequemini inimi-  
cū. Leuit. 26. COS vestros, & corrueat coram vobis. Per-  
sequentur quinque de vestris centum alienos, & centum de vobis decem millia. Ca-  
dant inimici vestri gladio in conspectu ve-  
stro:

stro: nunquam euidentius completae fuerint,  
quam in gloriosissimis illis principibus, Martellis,  
Pipinus, Carolus magnis, contra hostes Dei & Ec-<sup>Postpa.</sup>  
clesia, Saracenos, Arianos, Afros, Germanos,<sup>591-592.</sup>  
Longobardos depugnantibus.

Neque verò proximi maiores & antecessores  
tui (Princeps) quicquam ab his veterum abauo-  
rum suorum institutis discesserunt. E quibus ut  
avus tuus Claudio<sup>Claudius</sup>, Ioannus fratri<sup>Dux Gui-</sup>  
Lotharingi, & pater Franciscus, Caroli fratri<sup>s.</sup>  
Cardinalis, prudentia & pietate toto orbe Chri-<sup>Ioannes</sup>  
stiano nobilitati consilio in suis rebus bellicis sequen-  
tus est, eorumque sacerdotali apud Deum interces-  
sione felices præliorum euentus potissimum im-<sup>Francis.</sup>  
petrari censuerunt: non aliter frater tuus Henri-<sup>Dux Gui-</sup>  
cus (cuius ut alias, ita in hac postrema gloriosissi-<sup>Carolus</sup>  
ma de Germanis & Hugonotis victoria, extra-<sup>Cardinal.</sup>  
ordinaria quædam pietas, & nocturnæ in precibus  
lucubrations, multorum & testimonij & libris  
celebrantur) fratri quoque sui Ludouici Cardi-<sup>An. 1587.</sup>  
nalis ope, consilio, & præsidij spiritualibus usus,  
multi as bellorum difficultates incredibili celerita-  
te & felicitate expedivit. Idemque de tua gene-  
rosa fortitudine (Carole Princeps) boni omnes con-  
fidunt, & certò sibi pollicentur, qui etiam si cum  
auro patréque, & fratre, fratrem Cardinalem ha-  
bere non potes bellorum tuorum auspicem, adiuto-  
rem, consultorem, & prote apud Dei tribunal se-  
questrem & deprecatorem, quoper immanis illius  
tyranni

Episcopus  
Agenen-  
sis.

tyranni periuria & sacrilegia orbatus es, eius ra-  
men loco optimum constantissimumq; Episcopum  
Agenensem, omnium bonorum iudicio dignum,  
qui ut infratis Cardinalis locum quoad oneris  
grauitatem successit, ita in parem quoque locum  
quoad honoris amplitudinem ascendat; tanquam  
alterum tibi fratrem adoptasti: ut omnes intelli-  
gant te maiorum tuorum vestigij insistere, te Io-  
suam Eleazari pontificis ductum in bellis sequi, te  
religionem Dei cum armis tuis coniungere, te Ec-  
clesiae precibus, ut Christianum militem & Impe-  
ratorem decet, in primis confidere: & denique  
nullum a te moueri, nullum a te probari bellum quod  
non idem causa iustitia, conscientia & equitate, vi-  
rorum sanctorum iudicio, & (quod caput est) Ec-  
clesiae Christi, eiusque Episcoporum authoritate,  
sententia, suffragatione, & pietate, apud Deum  
hominesque commendetur.

Id quod cum praecepue omnibus persuasum esse  
debet qui in his bellis militant; ne (quod rebellibus,  
& Hugonotis, & seditionis usu venit) in iniustis  
bellis, corporis atque anima mortem sempiternam  
adeant: tum hoc opere illud plene demonstratum  
arbitramur, ut nemo Christianus sub vexillis tuis  
militans, de iustissima sua causa posse aliquo modo  
dubitare, non magis quam si in bello contra Tur-  
cas aut Saracenos militem se tuum profiteretur.  
Singulorū  
huiuslibri  
capitum  
summa. Nam partim ea de causa, partim ut haeticorum  
quorundam huius heresies gravitatem eleuantium  
frau-

fraudes detegeremus, postquam generaliter Rei-  
pub. Christianæ iura & potestatem in regibus suis Caput 1.  
eligendis, designandis, frānandis, cōercēndis, casti-  
gandis & deponendis explicauimus, & quando  
rex intra regiæ potestatis terminos manens hono-  
randus est ut rex, quando eos limites perrumpes, Caput 2.  
detestandus est & abominandus ut tyrannus: ostē-  
dimus hodiernam hæresim, maxime Calvinianam Caput 3.  
qua in Gallia serpit, esse Saracenismo vel Paga-  
nismo longè detectabiliorem: propterea que longè  
magis esse Christianus rationibus utile, ut Pa-  
ganus aliquis, vel Saracenus, vel Turca, quām  
ut Calvinista Galliæ rex præficiatur. Exam-  
namus deinde particulatim & speciatim Hugo-  
notarum causam; eosque probamus nullo modo Caput 4.  
veros esse Francos, hoc est nullo modo esse anti-  
quissimæ, & Christianissimæ huius Franciæ  
monarchiæ membra: tum quia à veteri Gallo-  
rum religione Catholica ad Atheismum Cal-  
vinianum defecserunt; tum quia legibus & re-  
gibus Gallicanis obedientiam nullam, nullam  
reipub. & patriæ Gallicanæ naturalem pieta-  
tem prebuerunt, sed eam hostilius quām ulli un-  
quam Burgundi, aut Angli vastauerunt. A-  
deò ut si veteres Hebrei uno animo missa lega-  
tione ad fratres suos è Manassis & Rubenis Ioseph.  
tribu, qui in Iordanis ripa erectori altari, à Iudæo- Antiquit.  
rum religione ad unicūm altare in tabernaculo lib. 5. ca. 1.  
Testimonij alligata defecisse videbantur, propter  
ea per 22.

Ioseph.

Hebr. 9.  
12. &c.

Caput 7.

ea per Eleazarum supremum Pontificem denuntiauerint, si illi inincepto obstinate persistenter, nolle se eos profratribus, pro Hebreis, pro posteris Iacobi habere, imò verò nolle se prolegis Mosaicæ defensione laborem ullum defugere, sed ad eam simul & Dei honorem tundum, transmisso flumine, eos pro Cananæis habitos, nō secus atque Cananæos exterminare: quanto magis debet Christiani pro defensione Euagely & testamenti aeterni quod non in sanguine hirci aut vituli, sed in sanguine Christi Iesu filij Dei cōsecratū est, ex irdescere? & hos Hugonot as, non Hebreos sed Cananæos, non Christianos sed Turcas, non Gallos sed Gallicani nominis labes, maculas, pesteres, & hostes atrocissimos existimare? qui præter antiquissimam Galliæ cum toto orbe Christiano communem religionem Catholicam spretam & repudiatam, etiam Gallicanis quoque legibus, & regibus, & reipub. toti magis intolerabiles iniurias intulerunt, quam ulli unquam non dico Angli aut Hispani, sed vel Normanni, aut Vandali, aut Saraceni, aut Mauri, qui easdem quas Hugonotæ Galliæ regiones Langue docam, Gasconiam, & Guiennam, minoribus quam Hugonotæ urbium templorumque ruinis, incendijs, & depopulationibus, hominumque stragibus peruagati sunt. Ex quo deinceps efficitur, talem hereticum principem Corona Gallicanæ capessendæ, officioque regali suscipiendo nullo modo esse idoneum

idoneum. *A quo per omnes leges diuinæ & hu-  
manas, per omnes scripturas Testamenti veteris,  
Euangelicasque & Apostolicas, per omnia Con-  
cilia generalia, patrumque Catholicorum conser-  
tientes sententias repellitur.* Qui etiam si esset  
in solio Regali constitutus, generalique Franco-  
rum assensu & approbatione rex admissus; sita-  
men in heresim incideret, eamque pertinaciter  
defenderet, ut in potestate est non modo Pontificis  
Ecclesiæ summi, sed etiam Gallicani regni episco-  
porum, eum deponere & Regia dignitate priuare;  
ita talis Ecclesiæ sententia iustissimè armat non  
solum reges exterros, sed etiam suos ipsius domesti-  
cos subiectos, ut sana integraque conscientia eum  
& possint & etiam debeant impugnare, eiusque  
à se dominatum & iugum reiçere, nec unquam  
ad talis heretici regis obedientiam reuertere.  
*Quādū magis Galli illud hoc tempore locoque con-  
tra Navarræum præstare tenentur, qui consensu  
& efflagitatione omnium Galliæ Ordinum, & sa-  
pe antea & nuper in ultimis Blesarum Comitijs  
à Coronare reiectus est, Carolusque Borbonius Car-  
inalis eorundem Ordinum votis, ipsiusque Hen-  
rici Valesij Regijs literis & codicillis Parlamento-  
rum amplissima autoritate roboratis, proximus  
regni haeres declaratus, & iam legitima successio-  
ne verus rex: etiam si hic ingratissimus eius ne-  
pos post innumera beneficia in eum particulatim  
effusa, illū suū in baptismo spirituale patrem, na-  
tura*

Caput 8.

Caput 9.

Post pa.  
471.

Caput 10.

tura & sanguine patrum, Ecclesiastica lege Episcopum & Cardinalē, regni lege regem, diuina lege ab eius dominatu & iudicio liberū, in custodiane quiter & flagitiose detineat: Deniq; cōtra improbos quosdā Calvinistas Catholicorū nomen emen-

tientes, & Nauarrenū hæreticū esse relapsum stolidè pernegantes, illud planè cōnicimus, eique propterea quantauis iuramenta quā! acunq; vehe-  
mentia, & diris, & devotionibus, & execrationibus interponēti, tamē in publicis rebus, in negotio fidei, vbi de Ecclesiæ discrimine & spoliatione, de ciuitatibus, de prouincijs, de regnis & regnū diade-  
matis agitur, nūquā esse credēdū: tū quia omnibus hereticis siue priuatis siue principibus Indus iocuſq; est fixē fallere & peicerare, vbi cū Catholicis pacta cōuenta trāſgredieđo aliquid possunt vel incōmoda-  
re illis, vel commodare sibi, tum quia ipſe Nauar-  
rāns iam olim in hoc genere nimis multa dedit false & fallacis fidei argumenta. Adeo ut om-  
nes Galliæ nobilissimæ familie Ordinesque Ca-  
tholici qui ullam habent honoris sui, ullam ma-  
iorum suorum, ullam reipub. Gallicanæ, ecclesiæ Christi, ipsiusque Dei præpotentis curam, cuius hic potissimum gloria religioq; in discriminem vo-  
catur, in hoc officiū uno animo intendere & co-  
spirare, in hoc sacratissimum fedus omnes suas siue fortunæ, siue corporis, siue animæ faculta-  
tes viresque impendere teneantur, quo talē hæ-  
resiarcham supremi Pontificis censura iamdu-  
diūm à

Caput 11.

dum à Christianorum communione abscissum  
& abiectum, à reipub. Christianæ gubernaculis  
arceant. Hoc nostrum est (Princeps) consilium  
& institutum. Hic laborum nostrorum finis.  
Hæc libri summa. Hic capitum singulorum &  
argumentorum effectus & scopus. Quæ uniuersi-  
tatem eo pertineant, ut milites, præfecti, du-  
ces, sacerdotes & monachi, laici & Ecclesiastici;  
omnes & singuli qui hæc castra sequuntur, per-  
suassimum habeant, hæc esse illa bella Domini.  
ni, quæ toties in sacris literis prædicantur, &  
que Dominus idcirco ut plurimum copiosissi-  
mum suorum cladibus, manubiis spoliisque for-  
tunare solet, quia bella Domini sunt; in his  
bellis labores & conatus suos maxime Deo pro-  
bari; arma sua in his bellis sanctificari; in his  
bellis manus suas sanguine Dei inimicorum  
(uti mitissimus Dei propheta loquitur) conse-  
crari: & generaliter quicunque hic preliantur, sub  
Dei auspiciis pugnare, qui vincunt Dei singulari  
ope & præsidio hostes vincere, & qui moriuntur, à  
Deo certam laborum suorum & virtute eius causa pro-  
fusa in cælo coronam recipere, ut siue cedant si-  
ue cadant, siue viuant sine vitam amittant, sem-  
per domini sint, Dominoque viuant, & Do-  
mino moriantur: hæc cum sit totius huius ar-  
gumenti, totius disputationis vis & conclusio, ut  
Christiani omnes vera fide & cognitione, sincerâ  
que conscientia ad hæc Christianissima bella ar-

gumentum.

Totius li-  
bri sum-  
ma.

Exod.ca.

17.v.16.

i.Reg.17.

47. &c 18.

17.

1. Paral.5.

22.

Jerem.6.6

Joel.3.9.

Nu.12.3.

Exod.32.

29.

Rö.14.8.



metur, quæ pro vera Christi fide Catholicag, ecclesias contra hereticos eius capitales hostes geruntur cui tandem apius hoc opus dicari potuit aut abutit, quam tibi (nobilissime Princeps Carole) & Ecclesiæ & reipub. Gallicanæ generales cōsenhorum Christianorum exercituum, horum armrum, horum bellorum & bellatorum contra tales Antichristianos aduersarios supremum constituit gubernatorem. Huc accedit quod quum illis fr̄at̄orū fr̄at̄orū tuorum Henrici Ducis Ludouici Cardinalis voluntate & nutu, procri fœderis defensione hoc inchoatum & absolum su: illis iam iniq̄issimi tyranni fraude ad meliorem vitam translatis, magna ratione hoc indebitum tibi erat persoluendum ad quem eorum ut honor & gloria, ita & laborum operumque illis cœptorum continuatio & successio hereditario quodam iure & Gallicanæ reipub designatione pertinet. Qui ut hot honoratissimo sed laborio munere dignè pro eius magnitudine perfungas ut prouinciam hanc tibi impositam perite professus modereris, ut fædus hoc sancte pieq; contra clum prudenter conserues & largiter amplifices & denique bellum hoc necessarium & sanctum, si quod fuit unquam à primis Reipub. Gallicane initij, contra istos maxime prophanos omnium seculorum hereticos persequaris strenue, administr̄es prouide, & ad extrellum usq; duces & dirigas sagaciter, & plenissima de hostibus.

Elo

g, ecc  
runtu  
aut d  
le ) q  
cōsen  
n arm  
ra tale  
confi  
m ill  
ucis  
, pro  
absol  
adm  
hoc il  
eora  
que  
credin  
ratio  
borig  
ungau  
prosp  
ntra  
olific  
nctif  
. Ga  
os a  
nuē  
duo  
us a  
Elon

ētoria concludas feliciter; eog modo familie tuae honorem, Catholicis securitatem, Gallicano populo iustum regem, Repub. tranquillitatem, Ecclēsiē pacem, & à suis perditissimis turbulentissimis hostibus liberationem compares: & illi fratres, maioresq; tui, & Sancti in cælo omnes; & omnes viri boni in terra, perpetuis votis precibusq; à Deo Opt. Max. comprecantur. Parisijs 15. Nomber. Anno M. D. LXXXIX.

Tuæ Excellentiæ  
addictiss.

G. G. R. A. Peregrin. Roman.

